¶ Et quia pfueuerunt principes pro eorū familiaribus intercedere ut beneficia pſequātur prout in lib.reformanni.1493.de iure patronatus cōitatis pro hospitali.s. Ioānis clausūi plus q̄ modici ualoris pcessū est q; nobiles patrie & hōtes ius pronatus in bōficiis nullo mō turbentur p aliās lras missuas uel patentes in eorū iure pronatus de pītādo eū uel eos q; uidebūtur & placuerit.put ī priui.cōcesso toti pīe p Blanchā ano.1490.c.10. 4

¶ Amplius cōfirmate & de nouo cōcesse fuerūt in uim pacti omnes & singule frāchisie/cōcessiōes/cōuentiones/cōsuetudines/libertates/decreta ducalia/statuta/capitula q̄ ad ungue:quēadmodū ad lfam legūtur alias concessa & cōcesse:ac si de illis spāliter & noiatim expressa mentio fcā esset.etiā si p aliq̄d tps fuisset illis derogatū seu cōtrauentū pp nō usum seu cōtrariū usum.put in priuilegio totius pīe p Pium.2.iam sup designato sub anno.1503.cap.4.Quodq; nō cōcedatur alique lre q̄ habeāt pmissis nec i aliquo pmissorū derogare.Et si forsitā alique cōcedātur q; inaduertenter intelligātur cōcesse:nec habeant premissis prudicare.& liceat eis im 5

pune nõ parere:ut in eodẽmet priuilegio.cap.18. Et in oĩbus aliis antecedentibus & seq̃ntibus regulã ꝓtinet.

6 ¶ Et inhibetur q̃buscũq; officiariis ne qs eoꝝ p se uel p aliũ seu alios res bonaq; ecclesiaꝝ: aut uiroꝝ ecclesiasticoꝝ: regulariũ: aut seculariũ: uiuoꝝ: uel defunctoꝝ: inuadere/capere/transferre/uel ad manus ducales: seu curie reducere: aut successores ad quos spectabunt/turbare/ipedire/uel molestare ꝓsumãt sub occasiõe custodie seu guardie: aut alio q̃sito colore sine ducali mãdato nisi ad instantiã illoꝝ quoꝝ interest. Etiã q̃ bona pegrinoꝝ defunctoꝝ ꝓseruãda. & ubi nõ apparuerint hẽdes p eẽm disp̃sanda sunt. phibet eisdẽ officiariis ne de rebus seu bonis ipsoꝝ pegrinoꝝ defunctoꝝ q̃olibet se ipediant nisi ad ꝓseruationẽ illoꝝ ea integra liter recolligendo p inuentariũ pũtibus rectore ecclesie & ꝓsulibus. q̃ debeãt p annũ seruari & infra distribui ipsis heredibus cognitiõe pcedẽte. alias eẽo ꝓsignari ꝓut latius in decre. hr. 2. lib. sub rub. incip. q̃ bayliui castellani &c. decreto incip. ecclesiastice libertati &c. & alio imediate seq̃nti: et eordiẽte q̃ bõa pegrinoꝝ &c.

7 ¶ Nec ualet alienatio rei emphiteotice sine ꝓsensu directi dñi: ꝓut in uolu. fol. 29. statuto. 400. reformato in trãscriptiõe: q̃ minus idoneũ erat ut sepius dcm̃ est. & hr̃ in alio uolu. alias repositio penes uicariũ. fol. 33. eodem numero. & sub his uerbis. Item statutum & ordinatum est q̃ aliqua persona non possit emere aliquam rem que reddat fictum ultra uoluntatem illius cui debetur fictus: aut sine eius uoluntate. & emptio aut alius contractus sine uoluntate illius cui debetur fictus non ualeat ipso iure.

8 ¶ Census uictualiũ nõ recupati tpe fertilitatis nõ debent recuperari tpe caresties nisi in ualore currẽte tpe quo erunt debiti. Et econuerso ipsi census nõ recuperati tpe caresties nõ debent recuperari tpe abundantie ad ualorem caresties. sed in propriis rebus debitis prout in decreto. 3. lib. sub rub. incip. census &c. prout supra.

9 ¶ Cẽsus uictualiũ mẽsurabiliũ exigi nõ debẽt nisi cũ mẽsura loci i quo debent. ut ibi in decre. imediate seq̃.

10 ¶ Ementes rem aliquã sub recato ad certũ tps uel ad uitã: aut in perpetuũ: seu aliter concesso non põt alienare infra ipsum tps nisi in uenditorem uel suos. Et si uendant rem alteri per reuenditionem primis uenditoribus uel suis reuertetur: prout in decreto. 3. lib. sub rub. sic ut presertur incip. & eiusdem effectus.

11 ¶ Cum de possessorio agitur multotiens littere ducales consueuerunt obtineri. in quibus si cõtineatur clausula. Et si quis ipse lr̃e habent paratã executionem post q̃ remitti debent partes ad formã lr̃aꝝ stante oppositione. Si aũt fiant cũ clausula nisi se opponat. facta oppositione reducendum est mandatum in uim simplicis citationis absq; ulteriori executione: ut in decreto unico per Carolum primum.

¶ De aduocatis & ꝓcuratoribus ad lites: aut plurimũ expedientibus. & ꝓpterea succesiue memoratis. Ca. 21.

1 QVia lites aduocatoꝝ & ꝓcuratoꝝ medio agitãtur de ipsis hic imediate post ꝓcernentia pmissas lites decentius tractãdũ vr̃ q̃ alibi. nã aduocati sunt patroni cãꝝ. & ppea eos esse oportet uiros: etate moribus & iuris peritia idoneos & ab oĩ tergiuersatiõe cãꝝ notaq; infamie alienos q̃ ẽt ad formã iuris cõis sunt in ramento astringẽdi: ut oẽ illud qd iustũ & uerũ estimauerint: ꝓsulat cliẽtulis eoꝝ. & cũ nouerint cãm ꝓbabilẽ nõ prestabũt in ea patrociniũ. Et insup in propriis dictaminibus & nõ alienis se tenentur subscribere. exceptis supplicationibus nõ ꝓcernentibus effectũ libelli: ꝓut in decre. 2. lib. sub rub. de qualitate & iuꝛe aduocatoꝝ.

2 ¶ Aduocati duraãte lite non debent pacisci cum suis clientulis de quota parte litis: aut aliqua contractũ inire prout ibidem in alio decreto. sub rub. eorũdẽmet uerborum paulo post.

3 ¶ Aduocati si uana fecerint dictamina: penã incurrunt periurii & ab aduocatione priuantur per annũ: ut in decreto ibidẽ imediate sequenti. clau. incip. & ut tam aduocati &c.

4 ¶ Aduocati dum aduocabunt personaliter in presentia iudicantium non sedeant sed stent recti & reuerẽtes: ut ibidem decreto imediate sequenti.

5 ¶ Procures nõ emãt qd forẽbius debeãt. ꝓut in uolu. fol. 15. sta. 120. hmõi tenoris. Itẽ statutũ est q̃ nullus de clausso uel habitãs i clausso: possit nec dẽat emere debitũ alicuius extranei: nec accipe iura i fraudẽ. pstãdo ide iusm corã iudice. q̃ si fecerit iudex nõ teneatur ide facere rõnẽ. Q̃ d statutũ lr̃ sit gñale. tñ respicit potiꝰ eosdẽ ꝓcures q̃ alios: ut i eodẽ & uerbis omissis a ꝓfirmatiõe illiꝰ sublaris & ex freq̃nti expiẽtia cõprobatur.

6 ¶ Procuratores non debent fideiubere pro eoꝝ principalibus: ut in libro reformationum anni. 1509. statu. ultimo sub his uerbis. Item q̃ nullus procurator terrigena uel forensis in causis possit esse fideiussor pro suo principali nec admitti debeat nec possit sub pena. ff. 10. pro quolibet & q̃libet uice applicãda more regarda.

¶ De notariis similiter necessariis ad causas & alibi cõmodius non referendis. Capitulum. 22.

1 NOtarius siue tabellio dicitur hũs publicũ offiũ scribendi instrã & acta publica ad fidẽ faciendam. sine quo lites cognosci & terminari regulariter nõ põt. Hoc ideo q̃ notarios respiciũt pmissis addẽda putauimus. cũ ẽt adeo sit ipsoꝝ offiũ oĩbus expediẽs q̃ nullũ hr̃ magis uniuersale. de quo prius nõnulla opportune dicẽda uidẽtur. primo q̃ notarii seruare tenẽtur formã iuramẽti ab eisdẽ ꝑstiti nõ recipiẽdo contractus usurarios publicos simulatos uel uelatos. seu documẽta ꝓficiendo pro monopoliis ꝓuenticulis aut aliis quibusuis negociis dolosis & illicitis. utpura ipuberũ alienatiõibus fine tutoꝝ põtia & auctoritate. furiosoꝝ. mẽtecaptoꝝ. & ꝓdigoꝝ. siue auctoritate & põtia curatoꝝ & hmõi uehementer suspectis & detestãdis. ꝓut in decreto. 3.

creto. 3. libri. sub rub. de notariis & tabellionibus &c. clau. incip. quos qdẽ &c. Non omisso q̃ sint fideles. ꝑ sertim in recipiendis/rectandis/registrandis/grossandis/& expediendis instrãs/nil addito remoto/uel mutato eoꝝ q̃ coram ipsis notariis inter partes contrahentes: seu personas disponẽtes gesta fuerint. sed oi ꝓbitate. & ueritate utentur. ꝓut ibi. Et inhibetur quibuscũq; subditis ducalibus ne instrã aut alia acta confici petãt ab aliquo notario in scriptis ordinibus existente preter concementia ultimam uolunt. item. & pias causas. cum est casus necessitatis. & alius notarius haberi non potest. prout ibidem. clau. incip. Statuendo &c.

¶ Notarii minus idonei ab offiõ sunt repellendi. Q̃ uia ꝓcellum & mandatũ est fieri collegium notarioꝝ. in 2
quo nõ admittãtur nisi ꝓbi. docti. expti & aprobati in eodẽ offiõ. Et ad hoc faciendũ uicarius cũ duobus i arte exptis & sindico. tales notarios examinare debeãt in grãmaticalibus & ipsa arte notariatus. ac ẽt de fama. moribus & facultatibus se habeãt informare. & exptos prudẽtes/ac doctos/& ꝓbos admittere. ac ignaros & iniquos remouere/resecare/& expellere. inhibẽdo eisdẽ q̃ de cetero nõ se intromittãt de arte. nec instrã reciant. sub pena falsi & centũ ducatoꝝ. nec instrãs eos recipiẽdis ab inde fides adhibeatur. declarãdo instrãs de cetero p nõ collegiatos recipiẽdis nullã fidẽ fore adhibendã in iudicio nec extra. Et q̃ possit uicarius eisdẽ notariis offiũ interdicere. Teneãturq; notarii in collegio recipiẽdi. & unusquisq; fideiubeat de nõ exportãdo notulas & ꝓthocolla extra locũ. & seruare statuta sup his fideꝰ p quos supra. nõ derogãdo in ꝑs fris. ita tñ q̃ eõ ipso collegio pãteãt. Illu. dõo pro ꝓfirmatiõe obtinẽda. ut in priuilegio totius pr̃ie p Phum. ãno. 1496. c. 13.

¶ Notarii adhibeant septẽ testes in testamẽtis. quinq; in codicillis. & donatiõibus cã mortis. in aliis uero ꝓtra 3
ctibus seu negociis tres aut ad minus duo ubi tres haberi nõ poterũt. Et in recitat õe ipsis pũtibus audiãt ꝓtes de & sup ꝓtractibus & negociis pro q̃bus euocati sunt. sic q̃ plene scã eaꝝ intelligãt. Deinde tota substantia notent & describãt. & postmodũ corã ptibus & ipsis testibus scripta. poũcient seriosi. & si q̃ erunt addẽda. mutanda/uel minuẽda fm uolũtatẽ eoꝝ quoꝝ intererit. addant. minuant/& emendent. inde infra. 30. dies in ꝓthocollo debite signato/ad extẽsum redigere teneãtur. describẽtes tam in nota q̃ ꝓthocollo. in singulis actibus annũ. indictionẽ. mensem/diẽ/locũ/& testes/absq; relatiõe ad ꝓcedentia. Et si ꝓtingat ꝓsilio pitoꝝ instrã dictari. nihil de substãtia & ueritate mutetur. Nec p se uel coadiutores nimia breuitate seu troncatione uerborum utantur: propter quas intellectus dictionis possit in dubium deduci aut uerus sensus mutari aut latius in decreto. 3. libri. sub rub. incip. q̃ notarii instrumenta primo imbreuient &c.

¶ Notarii non debent recipere instrã contractuũ diebus festiuis aut alioꝝ negociorum. exceptis instrãs ultima 4
rum uoluntatũ/cõpromissoꝝ pacis/treuguaꝝ/trãsactionũ/ꝓcordiaꝝ/matrimoniorum & similiũ ꝓtractuum piorum: ꝓut in decreto. 1. libri. sub rub. de obseruãtia diuinoꝝ ꝓceptoꝝ &c. clau. incip. notariis ẽt &c.

¶ Notarii nõ recipiãt instrãta in tabernis: ꝓut in libro refor. anni. 1505. stat. 8. hmõi tenoris. Itẽ statuerunt & 5
ordinauerũt ut supra q̃ de cetero nõ sit aliqs notarius siue tabellio de clauaf. q̃ audeat nec ꝓsumat recipe aliqua instrã: cuius generis & nature sint in tabernis siue taberna. Q̃ d si recepit: tale instrũm siue instrãta sit & esse debeat ipso iure nullius ualoris & momẽti: pinde & ac si nõ fuisset rogatũ siue rogata. Et addũtur alia loca in honesta. declarãdo q̃ tabernẽ eadẽq; loca sunt. in q̃bus cibãtur/porãtur/uel hospitãtur. hystriones/gulosi/lenones/ebriosi/& alie inhoneste/& infames persone. in aliis uero tabernis seu hospitiis in quibus hospites honesti colliguntur & cõuenire soliti sunt que cũq; instrumenta recipi permittuntur: exceptis donationum: ꝓut in decreto. 3. lib. sub rub. incip. q̃ notarii non recipiant &c.

¶ Notarii credita mercatoꝝ in papiris eorũdem registrare & signare non ꝓsumant. sed in ipsoꝝ notariorum 6
propriis prothocollis: poterũt tñ ipsa credita describi per notarium in papiris mercatoꝝ effectualiter sine signatura ad memoriam creditoris: ꝓut ibidem successiue clau. incip. sub eadem pena &c.

¶ Notarii nõ debent coadiutores sibi assumere ꝓpria auctoritate. Et q̃tenus ꝓcedãtur sunt referẽda p nomẽ 7
& cognomen in subscriptiõe notarii qui instrã recepit. ꝓut in decre. 3. lib. sub rub. incip. notario cui &c.

¶ Notarii tenẽtur notificare testamẽta/donatiões cã mortias & omnes alias ultimas uoluntates quas hãt pe 8
nes se heredibus instituris/legatariis & oĩbus his qui hãt interesse in illis. postq̃ illoꝝ ꝓditores decesserint: ꝓut in decreto ibidem paulo post sub rub. incip. q̃ defunctis &c.

¶ Notarii debẽt expedire instrãta infra tps de quo in uolu. fol. 13. stat. 176. sub his uerbis. Itẽ statutũ est q̃ oĩs no 9
tarius incõtinẽti q̃ instrã recepit & ei iuncta fuerint. debeat ea reddere illis quoꝝ fuerint dcã instrãta usq; ad 15. dies. si ab eis fuerint req̃siti parati soluere uel soluissent. ppea omittit decretũ id limitãs ad unũ mẽsem. & ulterius. phibens notariis ne instrã expedire ꝓsumãt i cartis seu mẽbranis de q̃bus alia uetus fuerit abrasa scriptura: aut aliis imũdis & ieptis. ꝓut i. 3. lib. sub ru. ici. q̃ notarii grossent & expediẽt petẽtib̃ &c. v3. decretoꝝ.

¶ Notarii nõ exportent acta publica aliunde extra locũ aut fines: ꝓut in libro refor. anni. 1487. in fol. 131. sta 10
tuto. 7. hmõi tenoris. Item quia quotidie repetiuntur instrãta per notarios tam de dicto loco clausii q̃ aduenas ad opus singularum personaꝝ loci predicti clausii: que notantur in prothocollis & notulis ipsoꝝ notarioꝝ. & inde exportantur tam per ipsos notarios q̃ post mortem ipsoꝝ ab aliis personis. Et quia etiam sepe contingit in ipso loco recipi acta curie dicti loci per extraneos notarios qui extra iurisdictionem clausii ea transferunt. & propter id homines ipsius loci maxime agrauantur. Statutum fuit & ordinatum quod de cetero prothocolla/notule/ac alia acta publica/& registra curie dicti loci: & omnes scripture que iudicialiter producentur: & que in futurum recipientur: & hactenus recepta fuerunt tam in loco Clausii quam in suis

finibus exportari nõ debeant aliqualiter extra ipsum locum:ut supra.sed in eo remaneãt & remanere debeãt perpemis tpibus sub pena ducatorꝝ.25.pro quolibet & qualibet vice qua ꝓtrafactũ fuerit.aplicanda pro tertia parte Illu.d.d.nfo.pro alia tertia parte cõitati.& pro alia tertia pte accusatori.Et insup si que instra fuerunt & sunt exportata p preteritũ directe uel per indirectũ extra ipsum locũ ꝙ pro interesse particularium pſonarũ presenti uel futuro reducantur in locum ipsum clausim.in manibus alicuius persone fidedigne:prout ordinatum & deliberatum fuerit per credentiam:quatenus opus sit.

11 ¶Notarii defuncti:notule/prothocolla/& acta.debent ꝑseruari apud heredes & successores illius si extant. alias penes aliũ notarium idoneũ per quem grossentur & expediantur:prout in decre.3.lib.sub rub.qualiter prothocolla notariorum defunctorum sint recolligenda & cõmittenda.

12 ¶Notarii possunt agere ad solutiõnẽ instrorꝝ cõtra eos qui tenentur incõtinenti illis pfectis:put in uolu.fol. 13.statu.177.sub his uerbis.Itẽ statutum est ꝙ si aliquis notarius haberet aliquod instrm uel instra pfectũ uel perfecta.ꝙ iudex teneatur illos quoꝝ fuerint cogere ꝙ incontinẽti soluant notario.Et si questio inde de solutione esset iudex debeat arbitrari pretium cũ consilio alicuius notarii fm ꝙ sunt consueti.

13 ¶Notarii accipiũt ꝓ mercede instrorꝝ:put in duobus statutis rotuli postea fcis v°.51.&.52.quoꝝ primũ ita incipit.& sunt effectus seqntis.Item ad tollendũ aliquas differentias que sepe oriuntur inter notarios & pers sonas rogantes fieri instra occasione solutionis ipsorum instrorꝝ.ordinamus ꝙ ipsis notariis pro singulis in strumentis soluatur per modum inferius denotatum:v3.

14 ¶Pro singulo instro uẽditõis/dotis/mutui/diuisiõis/ac alterius manerici.ꝙ sit de ualore.ff.20.& ab inde infra usq; ad unum inclusiue.leuato in publicam formam.dentur & soluantur notario pro factura ipsius in strumenti ambroxeni octo monete currentis in Clauasio.

A.ff.20.usq; in.ff.40.soluantur notario ambroxeni.10.
A.ff.40.usq; in.ff.60.soluantur notario ambroxeni.12.
A.ff.60.usq; in.ff.100.soluatur notario.ff.1.siue ãbroxeni.22.
A.ff.100.usq; in.ff.150.soluantur notario.ff.1.g.6.
A.ff.150.usq; in.ff.200.soluantur notario.ff.2.
A.ff.200.usq; in.ff.250.soluantur notario.ff.2.g.6.
A.ff.250.usq; in.ff 300 soluãtur notario.ff.3.
A.ff.300.usq; in.ff.500.soluanf notario.ff.4.
A.ff.500.usq; in.ff.1000.soluãf notario.ff.6.
A.ff.1000.usq; in.ff.1500.soluã. notario.ff 8.
A.ff.1500.usq; in.ff.2000.sol. notario.ff.10.

Ab inde uero supra pro dictis.ff.2000.soluantur notario dci.ff.10.& postea ãbroxe.6.ꝙ quolibet centẽario.

15 ¶Pro instrumento procuratorii specialis.soluantur notario ambroxeni.6.

16 ¶Pro instrumento procure generalis.ambroxeni.8.

17 ¶Pro istro cõpromissi fci de rebus ualẽtibus sumã.ff.50.& ab ide infra usq; ad unũ.soluã.notario ãbroxe.11. A.ff.20.supra soluantur notario ad rationem de floreno medio pro centenario.

18 ¶Pro sentẽtia lata sup cõpromisso.soluantur prout supra de aliis sentẽtiis iudicialibus dictum est.

19 ¶Pro instro cuiuscũq; locationis & affictamenti facti ad tempus soluantur notario ambroxeni.8.

20 ¶Pro locatione & affictamento perpetuali.soluantur notario ambroxeni.12.

21 ¶Pro secunda expeditione cuiusuis instrumẽti:eidem qui primo soluit aut ꝓcordauit ad rationem ualoris soluti nõ debet nisi ad laborem .put uicario arbitrandum uidetur.& ex solito comprobatur.

22 ¶Pro instro expedito nõ hũti in illo principali interesse:sed ꝓtingẽter debetur ẽt solutio ad laborẽ arbitrio ipsius uicarii.ut ẽt de solito ꝑstat ꝑsulis expertis pro hmõi taxatione si expedit ad mentem dicti statuti.

¶Qui sint redditus cõitatis ordiarii.certi.extraordiarii.& de oĩbus modis qbus pcũias:aut aliud recipit.Ca.1.

1 EXistunt uaria q̃ restant necessario memorãda.in qbus pmotũ ordinẽ insequẽtes hũtia dignio rẽ effectũ & magis frequẽtia ceteris preponemus.put bõa & redditus cõitatis:quoꝝ ptextu in multis utitur pricipis auctoritate:& ẽt quia diximus thesaurariũ stomacho reipub.cõparatum quo medio totũ uiuit corpus:dũm in eo cibus est.sic ẽt nihil thesaurarius ꝑdest in repub.nisi adsint in eo bõa:iuxta indigẽtiã exponẽda.igitur de ipsis redditibus & bõis cõitatis hic succes/ siue tractatur:que prius uenĩt loco rubrice memorãda.postmodũ de illis plenius uidebitur & in specie:sed prius sciendum est ꝙ redditus ipsi sunt in triplici differẽtia.nam maior illoꝝ pars necessario subastanda.alii ad certas sũmas limitati & alii non continuised prout accidit & arbitrio credentie cõsequen dis quos sic diuisimus prout sequitur.Hii autem qui subastantur existunt.

Bãna cãpestria tã ultra q̃ citra padũ cõitati ex toto spectãna cũ uniuersali iurisdictiõe ipsoꝝ.ñ iõ ceteris aũpositis.
Dacitum super uino forensi in clausio & finibus prout dicitur inuasellato.
Sextus cuiusl.bet uini uenditi ad minutum.pro quo septima pars pretii:seu circa debetur aliis aũferenda ex ma gno quod ex illis trahitur emolumento.
Riuia beccarie que aliud est dacitum:super carnibus uenditis in posse clausii non modice sũme.
Gabella seu aliud dacitũ sup oĩ saleq ꝙ per tã ducit i iurisdictiõe clausii.p duabꝰ pubus:& tertia dño spectãte
Pondus magnũ ad quod oẽs mercantie sunt ponderandea rubo uno supra:cũ solutiõe laboris sup ñ limitati.
Furni ad panẽ quoquendũ:de quo recepit cõitas certam partem pro fictu & usu ipsorum furnorum.

Bancha

Bancha platee:& q̃ fiãt apud eã sup rugieto ac alibi locis spectãtibus cõitati:& quibus uti põt ad ipsum effectũ.
Regardarie:pro.duabus partibus ex tribus.quoniam alia pertinent domino.
Portatura uini:quod uenditur in grosso:ut fiat omnibus debita mensura.
Curea mercantiarum:nouiter acquisita.iuxta datam pedagii & solitum.
Fossata que sunt circa locum (excluso eo quod est in oppositum castri).Itẽ aliud porte strate:& quod est re tro burgum sancti Francisci.sunt cõmunitatis.
Turres & multa uacua que sunt circa menia.solita locari diuisim & simul prout accidit.
Collecta auri in glareis:tam cõibus q̃ particularibus.etiam multis dominis quorum sunt.
Gorretum situm apud portam rute:prohibitum alienari in perpetuum.& hoc ideo uenditur scalauara.
Turris campanie cum trabuchis quattuor terre a quolibet latere.
Cirche claudẽtes alteros ab ecclesia mõtis iouis ad aliã sctã martini pro nemore latitudinis triũ trabuchoꝝ.
Fondus & ripe rugie ueteris cãpanie a pãrtitorio eiusdem usq; ad molendinum pro nemore ibidẽ existẽti.
Glaree exmolte & gorreta prediorum que fiunt per alluuiones fluminum.a strata francesia infra.
Predia campanie & alibi iusta uisa non possessa.que probantur fuisse cõitatis & tam culta q̃ herba.
Vie publice & similiter uicinales quibus non utitur amplius.nec constat in specie ad quos pertineant.
Predia que habet in finibus soglitu:pro parte in emphiteosim concessa.& pro residuo subastanda cum ma nutentione rugie:ut illorum emoluenta non occupentur.

¶Nunc sequuntur alii redditus in eadem quãtitate perpetuo existentes.& propterea non subastandi:v3.

Ducati.10.annuales debiti per cõitatem uero lenghi.pro fictu rugie ad fines loci eiusdem labentis.
Fictus grani debiti ad cãm campanee concesse in emphiteosim.quoꝝ aliqui soluto pretio fundi iam puen to.amplius non debentur.ꝓpterea non fit relatio quãtitatis expresse in prohemio libri rationum anni.1514.
Grossi tres pro annuali & ꝑpetuo fictu molendini & artificioꝝ posito rum super rugia cãpanie ad cocarellũ.
Grossus unus ut supra pro fictu terreni apud & citra pontem rugie caldani.

¶Sunt etiam alii redditus casuales nec similes etiam in simili facto.& primo. 3

Exactapro cõione beneficioꝝ & imunitatum hoium huius loci aliis qui ueniunt aut uenerunt ad habitãdũ in ipso loco seu finibus prout taxatur a credendariis:iuxta qualitatem persone.
Item pro licentia domificandi q̃libet super cõitat menibus interioribus burghi magni.per credentiã im partiri solita mediante ꝓtributiõe .put conueniet ac uenditionibus sossatoꝝ:riparũ:& sedimiñ intra locum.
Item pro taleis/mutuis/taxationibus/& aliis collectis/que a credentia uniuersaliter imponũtur.ut est necesse in occurrentibus eidem cõitati.cum redditus ad onera non sufficiant.

¶Preterea sciẽdũ ẽ ꝙ oli castrũ radicate cũ multis ꝑdiis adiacẽtibus ac pedagio & trãsitu padi mouebãtur a 4 cõitate clausii.in nobile feudũ .put i publico documẽto existẽte in cõi apper sub anno.1178.Quo aũt iure uel facto amiserit tale ius ignoratur.quod ita relatum fuit ut rectores cõitatis caueant ne bona & redditus eiusdẽ quomodolibet in alios transferantur.prout accidit de premissis.

¶Et quia nõ expedit de iuribus eiusdem cõitatis ratione premissoꝝ dubitare priuilegia & documẽta q̃ id cõ 5 cernunt nõ duximus aliter referenda.ꝑsertim cũ ordinate sint designata in dicto inuentario ꝓ nos ꝑfecto ad qd poterit recurri si expediat.& de ipsis iuribus edoceri i promptu iuxta ꝙ ẽt ab initio generaliter dcm fuit.

¶De subastationibus bonorum cõmunitatis & qualiter sint fiende. Capitulum.2.

NEꝓtingat cõitatẽ in aliẽatiõibus suoꝝ bonoꝝ defraudari.caueã a iure ꝙ nulla bõa ipsius alienẽtur si 1 ne subastatiõe .put ẽt i stat.alio respũ de quo infra ꝑfecto hĩ in lib.refor.ãi.1468.fol.331.nu.8.& ulti. line.sub his uerbis.ordinãtes ulterius ꝙ nõ fiãt aliq̃ uenditiões de bõis cõitatis a.10.flor.supra nisi ad incãti.

¶Etiã ꝓhibitũ est ne redditus eiusdẽ cõitatis uendãtur ultra annũ nisi & ꝓut in statu.lib.refor.1475.fol.228. 2 nu.7.hmõi tenoris.Itẽ statuerũt & ordinauerũt ꝙ nõ possint nec ualeãt uẽdi intrate cõitatis quouismodo nisi p annũ dũtaxat nisi esset cõitas agrauata ꝑ Illu.d.d.nfo:uel aliis arduis negociis occurrẽtibꝰ ꝑ qbꝰ nõ posset alr ꝓuidere quo casu possint uẽdi p duos ãnos & nõ ultra.Et anteq̃ ita fiat ꝓuocet credẽtia ꝑsãlr pp hãc cãm in qua ꝓponãtur occurrẽtia oĩbus audiẽtibus ut qsq; possit ꝑsulere fm sensum & ꝑscientiã suã.& aliud nõ ꝓ ponatur.& inde remittatur ad aliã credentiã.in qua ꝑsules iterato eandẽ cãm ꝓponãt.& auditis deliberatiõi bus oĩum credendariorꝝ.proiiciatur partitus ad balotas albas & rubeas:ut quisq; possit dicere itentionẽ suã uerbo:uel cũ ballonis.& si partitũ ballotaꝝ obtinuerit ꝙ uendãtur p duos annos.tunc licitus sit uendere.Et si aliter q̃ p modũ ꝓdictũ uendite fuerint sit ipso iure talis uenditio nulla & nullius ualoris.Et hoc capitulũ locũ habeat sup dacito uini/riuia beccarie/gabella salis/bãnis cãpestribus/ac furnis.Et intelligãtur esse uẽdite sine aliquo restauro.Talis aũt diffinctio ipsaꝝ intratarum fit ex quo fossata & turres ad sex annos.& collecta auri ad tres.locari consueuerunt prout in libris reformationum.

¶Insup nõnulli excludũtur a premissis subastationibus quomodolibet fiendis de bonis cõitatis.primi enim 3 sunt ꝑsules & thesaurarius eiusdẽ .put in uolumine.fol.47.statuto.536.hmõi tenoris.Item ꝙ consules & cla uarius qui nunc sunt & pro tempore fuerint nõ possint per se nec per aliquam personam sub aliquo ingenio

ipsis existẽtibus in ipso offo emere aliquid quod sit dicti cõis.uel insolutũ facere pro aliquo debito. Itẽ primi legiari. put in libro refor. anni. 1481. fol. 479. stat. 6. sub his uerbis. Itẽ statuerũt q̃ intrate cõitatis pdicte de cetero nõ debeãt nec possint aliquo quouis quesito colore dimitti/uendi/deliberari & expediri aliqui siue aliquibus clausulis:uel aliis officialibus clausulis. pro tpe quo dicti officiales:officia in dicto loco clausi fit exercebunt pse uel alii d recte uel p indirectũ. nec clericis neq; alicui alteri psone q̃ nõ sit submissa iurisdictõi pfati vicarii clausi. qui pro tpibus fuerit. uel q̃ forũ ipsius vicarii subire recusauerint aut recusare uoleat. Itẽ filiisfamilias. put in libro refor. 1514. stat. 3. hmõi tenoris. Itẽ statuerũt & ordinauerũt q̃ filiisfamilias per se uel p alios non possit subastare aliqua bona cõitatis. ẽt prestita cautione:nisi sint emancipati. & habeãt bona aduenticia pro suma debitoꝝ pro incanto. Item non hõtes in bonis. put i statuto. 1. anni. 1518. de quo in libro refor. sub his uerbis. Et primo statuerunt q̃ amodo in antea nulla queuis psona possit neq; ualeat incantare seu subastare aliqua de intratis cõitatis:nisi possideat tñ de bonis imobilibus disbrigatis:ac in posse clausi existentibus que ascendãt ad medietatẽ ualoris & sume dicte intrate:seu dictarũ intratarum. que seu quas subastabũtur & incantabuntur Et si a casu aliquis psumpserit incantare seu subastare aliquã de dictis intratis:& repiatur non hre in bonis imobilibus. put supra. q̃ ille talis incantus sit ipso iure & facto nullus. & ille talis sic incantans nõ audiatur. & reiiciatur ab ipso incanto ipso facto. & procedatur ad incantũ. & si ꝓpter talem psumptionem & subastationẽ si quã forte inadduertenter contra pns statutũ fieri pringat cõitas pateretur aliquod dãnum/preiuditium/seu interesse. q̃ talis sic presumens facere contra formã pntis statuti teneatur ad expensas dãna & interesse per ipsam cõitatem occasione pmissoꝝ supportanda. Item qui non habent paratã cautionẽ que sit grata credentie. put in libro refor. 1498. statuto. 8. sub his uerbis. Item q̃ nulla psona audeat neq; psumat incantare aliqua bona cõitatis que in futurũ subastabuntur per psules nisi finito incanto suprascriptoꝝ bonoꝝ. q̃ talis psona cui deliberabuntur pro ipsis bonis fideiubeat idonee. & que fideiussio sit grata credentie sub pena ducatoꝝ. 25. & exinde reincantãdi talẽ rem p ipsum incantatã & deliuratã:expensis dicti incantatoris:que pena aplicetur pro dualbus partibus fisco. & pro alia tertia parte cõitati.

4 ¶ Solent res premisse cõitatis subastate. put ẽt debent plus offerenti deliberari qui nõnũq̃ recusarunt differt pretiũ exburiare. igitur sup his hr statutũ. put in uolu. fol. 54. & nn. 591. hmõi tenoris. Itẽ statuerunt & ordinauerunt q̃ si credentia uel cõe clausi. uoluerit aliquã possessionẽ uel rem uendere & eam preconizari & incãtari fecerit q̃ ipsa res detur & uendatur plus offerenti. Et q̃ illa psona que aliquod pretiũ obtulerit p ipsa possessione uel re uendenda. si placuerit credentie debeat & teneatur ipm pretiũ clausario dicti cõis soluere. & ipsam possessionem uel rem capere. & ad hoc cogi possit & debeat ipsa psona per dõm castellanũ & iudicẽ dicti cõis per penas & bãna ad suam uoluntatem sine aliqua dilatione & ordine iudicii.

5 ¶ Modo restat de tpe. loco & forma dictaꝝ subastationũ. nõnulla dicenda q̃ & si notissima sint tñ nõ incõgrue uenit memoranda. igitur quo ad tps regulr subastãtur pmisse intrate in festis natalibus. vz pro pria subastatione in die. s. Thome martiris. pro. 1. in die. s. Siluestri. & p. 2. in die circũcisiõis. & post uesperos seu horã ipsoꝝ dieruloco publico & magis idoneo apud plateã. Exclusis riuia beccarie ãnexa manutentioi carniũ q̃ subastatur cũ beccariis deficit. ac glareis/exmoltis/& gorreis/cãpanea/& aliis hmõi. ẽt put reputantur. loco tñ pmisso. forma uero premissaꝝ subastationũ cõis est. & semp eadẽ que ꝓfuit in arbitrio dñoꝝ consulũ sub quoꝝ dictamine per tubetã cõiter ꝓclamantur. notario cõitatis ẽt assistente. qui solũ oblationes factas describit nec aliud. & put de eadem satis apparet ex libris reformationum & notario stillo.

6 ¶ Ceterũ in eisdẽ subastationibus fiunt capitula opportuna. que ibidem patenter affixa dimittuntur. ex q̃bus generalia dũtaxat hic extracta existunt. ex premissis libris refor. in quibus oĩbus comperiuntur saltẽ effectualiter. multis eriam additis hactenus de more obseruatis. Primo q̃ cuius offereus uel acceptans aliquid subastatum post uocem tubete preferatur ceteris. & si fuerit discordia ratione tpis. stetur iudicio cõsulum. Item si aliquid acceptetur uel offeratur prout supra in eodẽ instanti q̃ faciens meliorẽ ꝓditionẽ cõitati debeat obtinere. aliis repulsis. Et si equales fuerint in oblatione uel acceptatione. obtineãt quilibet pro rata. uel iteretur subastatio oneri ipsoꝝ ut cõitas nõ recedat a iure sibi q̃sito. Itẽ si quis sponte auxerit pretiũ res subastate. ẽt q̃ non fuerit proclamatũ. q̃ tale augmentũ ualeat. dũmodo fiat gratis. & sibi res ipa ponatur. ac si ꝓclamatũ fuisset ita ẽt q̃ recedere non possit a tali subastatione. Item cũ eueniat aliq̃s q̃ fiunt subastationes mediantibe lucris & postea uariantur ipse subastationes in tpe modo solutionis aut alia ꝓditione. uel ab eis receditur ꝓ maiori utilitate cõitatis. q̃ non teneatur cõitas ad ipsa lucra nisi sequatur deliberatio & solutio rei formis existẽtibus tpe lucri facti. Item quia nõnulla predia apud alios recepta que dicebantur esse cõitatis fuerunt alias subastata & aliqua deliberata mediantibus lucris. & exposst cõitas nihil habuit ex illis. q̃ si id eueniat amplius. nulla fiat ipsoꝝ lucrorũ solutio. cũ non debeatur nisi ex pecunia rei subastate & deliberate. q̃ oia referuntur ad ea que subastari ꝓtingunt. siue sint redditus. siue alia bona. & pro redditibus solũ. hii quibus deliberantur tenentur ulterius prout sequitur. & apponitur in capitulis dictarum subastationum. vz.

7 ¶ Quod teneatur fideiubere idonee ꝓ fideiussoꝛe gratũ credentie & thesaurario q̃ se ꝓstituat principalẽ de soluẽdo summã debitã. ac penas si cõmittitur. in bona forma. Itẽ q̃ teneãtur obseruare. tã p se q̃ agẽtes ꝓ ipsis. oĩa statuta ꝓ netudies. & usus obseruãdos circa res subastatas & deliberatas. singula singulis referẽdo. Itẽ q̃ si oriat aliq̃ ꝓtroversia ꝓtextu cõtrarie intratarũ. q̃ illas hõtes & aduersates. teneatur stare sumarie decisiõi uiro & duorum

& duorum credendariorũ per credentiam aut consules eligendorũ cum iuso a qua decisiõe nõ possit appellari uel reclamari aliquo modo uel cã. & que decisio obtineat uim sue diffinitiue prefecti ꝓtorii. & q̃ hõtes ipsas intratas teneãtur agere & ꝓsequi contra debentes oĩbus eoꝝ sumptibus usq; ad primã sniam & executionem inclusiue nisi esset p illas appellatiõis executio ipedita. quo casu ꝓcedente legitia intimatiõe actorũ cõitas teneatur cãm & cas prosequi suis sumptibus. Item q̃ cõitas nõ teneatur ad aliquod restaurũ pro dictis intratis aut aliquo casu:ẽt q̃ tpe locationis seu subastatiõis non potuerit esse in ꝓsideratõe:nisi in casu epidimie (quã deus auertat) & pro rata tpis quo locus clausi staret bãnitus a ciuitatibus thaurini ꝓpoi. & uercellarum. iuxta ẽt id quod debetur pro tota suma. Et hoc si habentes ipsas intratas eas remisserint cõitatiq̃ illas remittat pariter ad exigendũ sub cõputo tenendo. & primitus tpe durante nec ultra:q̃m ipso loco de bãnito ut pfertur ꝓductores ipsaꝝ intratarũ debeant & teneatur ꝓsequi iuxta deliberatiões. & eo in casu ad illos rediisse intelligantur oi exceptiõe remota. Item q̃ debentes ad cãm premissarum intratarũ. de tribus mensibus in tres menses. & pro rata debitoꝝ per eos dicto thesaurario cõitatis soluere teneantur in pecunia numerata.

¶ Nec habentes pmissas intratas debent alteri pecunias exburiare. put in libro refor. anni. 1518. statu. 6. hmõi tenoris. Itẽ quia sunt nõnulli hõtes de intratis ipsius cõitatis qui recipiũt boletinos ab habere debẽtibus ab ipsa cõitate qui boletini de directo uadũt thesaurario:hoc ideo uolẽtes offiũ thesaurarii manutenere:statuerũt & ordinauerũt q̃ amodo in antea aliqua queuis psona hũs de ipsis intratis nõ audeat nec ꝑsumat accipe aliquos boletinos directiuos ipsi thesaurario. nec ipedire eius offiminec alteri psone soluere ꝑter q̃ in manibus thesaurarii qui pro tpe fuerit sub pena iterate solutionis eius quod exburiabit:nisi premissa fiant de uolũtate dicti thesaurarii qui pro tpe fuerit. Et si dictus thesaurarius noluerit soluere. put in dictis boletinis nec facere q̃ habentes de ipsis intratis soluãt. tunc licitũ sit illi uel illis habentibus tales boletinos capere solutionẽ ab illis qui habebunt de dictis intratis. & q̃ thesaurarius non possit hoc prohibere. 8

¶ Non possunt etiã subastantes bona cõitatis licite aliquid retinere prout in libro refor. ãni. 1468. fol. 332. statu. 8. sub his uerbis. Item statutum & ordinatũ est q̃ nulla persona de clausi. seu ibidem habitans cuiusuis status gradus seu conditionis existat. audeat nec presumat de aliquo incantu qui fiat de bonis cõitatis ꝓ aliquo debito quod habere debeat a cõitate sibi retinere aliquid aliquo ingenio uel colore. sed facto incãtu & finito soluere teneatur pretiũ dicti incantus in manibus illorum quorum fuerit ordinatum. Quod etiam referri potest ad alia bona cõitatis ultra redditus ultimo memoratos. 9

¶ De rationibus debitorum & creditorum cõmunitati. Capitulum. 3.

RAtiones debitoꝝ & creditoꝝ cõitatis:oino ad ꝓseruationem bonorũ eiusdẽ & particulariũ sunt fiẽde prout & de quibus multa iam supius dicta sunt ubi de rationatoribus & scriba ipsaꝝ fit mẽtio. sed alia restant memoranda pro integrali discussione ipsaꝝ rõnũ. nã hr ulterius statutũ de eis disponẽs in libro refor. anni. 1514. nu. 4. sub his uerbis. Item quia defectus rõnũ non redditaꝝ p thesaurarios cõitatis exactores talearum & alios negociatores dicte cõitatis qui de pecuniis receptis computũ reddere tenentur. multa dãna intulit cõitati pmisse & maior pars populi que negotia cõiter ignorat & onera. pretẽdit redditus cõitatis & taleas pro parte in cõmodũ credendariorũ & absq; cã consumi. Preterea statuerunt q̃ de cetero eligatur unus ꝓductor librorũ rationũ dati & recepti cõitatis. siue debiti & crediti. qui debitores & creditores ipsius cõitatis in eodem describat. & talẽ ordinẽ seruare teneatur. Primo facto thesaurario eundẽ debitorẽ faciat de oibus p eũ recipiendis ordinate. & postea si quid ultra receperit addatur debito. Et similiter fiat pro exactoribus talearum & aliis debitoribus cõitatis &c. Decernentes libro premisso fidem indubitatã adhiberi:ad quẽ effectum hec dũtaxat memorauimus ex ipso statuto. qũ satis melius ex aliis supra relatis que obseruantur. quisum est & circa modum procedendi in eisdem rationibus facta est oimoda discussio & compertum q̃ non differunt ipse rões & computa a ceteris causis in quibus iudiciũ postulatur. ibi enim esse debet sindicus cõitatis agens ad computa pro eadẽ. Item computũ reddens tanq̃ reus. & econuerso cũ agitur de credito alicuius particularis. Item probationes pro hincinde deductis. Itẽ rationatores ad sniam ꝓferendã. Item scriba rationum qui acta cõmemoret:que oĩa per reddentẽ bonã rationem sponte fieri debẽt. Nam prius debet se ꝓstituere debitorẽ pro tota suma que peti potest. probando ipsam sumã non esse maiorem cũ est limitata aut de integra ratione appareat. Item debet satisfacere pro ipso debito in documentis solutionũ. aut resta soluẽda. Item facta compensatione ꝓcludere loco snie. an sit debitor uel creditor:aut equaliter satisfecerit. Et loco scribe seriem ipsius rationis bene liquidatã in scriptis tradere. ut nihil deficiat nisi q̃ suscribat. itaq; restat solũ reuidere. an contenta in eadẽ rõne sit totaliter admittenda. Que per oẽs rationem debiti uel crediti exhibituros fieri debere hortamur. sed quia non singulos bene hec facturos agnoscimus incũbentia premissis sindico debitoribus & creditoribus rationatoribes & scribe. in his duximus memoranda que sequuntur.

¶ In computis debitoꝝ cõitati per thesaurariũ. querat sindicus diligenter an aliquid noiate omissum fuerit de redditibus ordinariis. put frequenter uidimus. Item uideat instita locationũ ipsoꝝ redditũ. an minus cõputetur quam debitum fuerit. Post que discurrat librum reformationum diligenter & querat an pro omnibus extraordinariis fiat ratio. Etiam in computis exactorum talearum mutuorum:aut aliarum collectarum 2

uideat obligationes/listas/quinternetos & oia documenta eorũ que debeantur cõitati.& sic fraudari non po
terit cõitas minus computando q̃ fit receptura.Itẽ aduertat in his q̃ requiruntur compensari sup creditis cõi
tatis.qm̃ si sunt ex ordinariis aliq̃ plus petitur q̃ debeatur ex non adimplemento.sed fit per thesaurarium
q̃q; sauentem receptorẽ.Si aũt de extraordinariis etiam consules & rationatores faciunt nõnunq̃ boletinos
& taxas retractandas.q̃ & si obesse nõ habeant ei qui soluit eoꝝ uigore pp mandatũ solutiõis tñ suspendi de
bent usq; quo sit cognitũ & discussum.Item aliqui recipiunt pecunias ut aliquid faciãt & euenit q̃ iterum fit
solutio integralis aliquo inaduertente & receptore non ꝓsignante.Aliud magis nocet cõitati ex quo dicitur
ꝓuenit sup fiendis operibus ad certas sũmas.sed postmodũ opa min9 debite pficiuntoꝝ ut supra de ordinariis
Et tñ facto thesaurarii seu alterius forte aliquid retinentis.si solutio ꝓuentoꝝ nõ ꝓsulta cõitate:insup nõnulli
ad retinendum q̃ debent cõitati querunt assumere onus solutionis aliquorũ debitorum eiusdem.& petunt
eadem solutiones futuras compensari super debito eoꝝ.sed post negligunt satisfacere.itaq; frustratur cõita
tis intentio.& de ea merito conqueruntur creditores illius.ꝓpterea non uidentur cõpensatiões sic faciende
nisi de legitima quitatione appareat.Vltio q̃plures indiscrete petunt cõitati plus q̃ debeatur pretextu laboꝝ
aut aliarũ rerum pro quibus creditores exiſtunt.ideo q̃uis rationatoribus taxationis iudiciũ relinquatur.tñ
indebite petitioni opponendum est per dictum sindicum & aliis premissis ne aliquid transeat oneri cõitatis
q̃ postea ueniat repellendum.Nec possunt eidem sindico defficere probationes si expediant contra deben
tes cõitati per libros reformationum premissos & alia documenta.nam regulariter nihil conceditur de cõi.
q̃ prius non constet in scriptis.uel adeo sit notorium q̃ faciliter ualeat comprobari.

3 ¶ Viso ex premissis de actore:modo restat querendũ de reo.ꝓpterea dicimus q̃ singulis debentibus cõitati
decet eoꝝ rõnes liquidas exhibere cũ dato & recepto ut supra.sed hoc precise requiritur q̃ oia pro qbus cõi
tas oneratur sint uerificata p scripturas sup his fieri solitas fidẽ facientes.& quas in promptu tradant ad ꝑ
uandum in cõi.et pro iustificandis rationibus si reuideatur.alioquin eoꝝ creditas quis fuerint notissima re
pellentur:prout fieri solet.qm̃ id opus est si controuersia nuper mota per particulares contra decuriones ra
tione computorum memoretur.Nec etiam possunt ipsi debentes aliter liberari.

4 ¶ Quia de ꝓbationibus hinc & inde expedientibus ad cõputa dctm̃ est ut prefertur ad incũbentia rationato
ribus ꝓcedendũ uenit.sed qm̃ redditio cõputi inter grauiora onera cõputatur.& ꝑsertim in his in qbus agit
de interesse minoꝝ qbus respub.extitit cõparata.pmissos debentes cõitati & ceteros q̃ ab eadẽ pecũias recipi
unt q̃uolibet sub cõputo reddendo.prius caritatiue mouẽdos duximus ut cõputa eoꝝ reddere conentur q̃
citius poterũt.nã plura sunt liq̃da iuuãte memoria q̃ obscura reddũtur tradita obliuiõi.Et cum ẽt iustificare sua
credita q̃uis fieri poterit aliena scriptura ut diximus.Laborat nãq; populus tali morbo q̃ facilẽ nõ credit cum
onerat.multi quoq; ex credẽdariis eadẽ ꝓtagiõe infecti sunt.& quicq̃d male sentitur de credendariis ab eis
dẽ prius extitit uocatũ.& pretextu cõputoꝝ non redditorum eidem cõitantiunt plurimum.

5 ¶ Consilit rationatorũ offiũ circa duo.igit ꝓmota de illis infequẽtes dicimus circa primũ q̃ multa eorũ
taxationi offerũtur in quibus sepe multũ petit qui parũ meretur.& ecõuerso multotiens accidit q̃ parte cõita
tis modicũ offertur cui multũ debetur.nã uulgari ꝓuerbio dicitur:q̃ male acta cumulo salis.bene aũt gesta
eodẽ feni.solent a cõitatibus premiari.Q dq; ꝓpterea solent cõia negligi.Vt igitur oia ꝓcedant rõnabiliter.
ipsi rationatores uti debẽt offiõ recti iudicis tanq̃ medii inter extrema ꝓut iustitie ꝓuenit.Nec attendãt peten
tibus aut negãtibus ultra debitũ quicq̃ obiiciant.qm̃ deus ueritas est & pugnat pro eis.Circa.i.fcã prius oiuꝝ
taxa & discussiõe ut liquida sint.hñt compensando calculãdoq; rõnes dati & recepti ꝓcludere quid sit debitũ
uel creditũ an equalia existant.in quibus uenit ꝓcedendũ mutare sub unica uoce & quieto aio ne pluribꝰ qs
intentus ledatur ueritas.omissione uel augumento ex lapsu calami qñq; inconsideratis ꝓut frequenter acci
dit.Nam conclusione facta error nõ potest sine magna difficultate reparari cũ ꝑsertim negatur ab altera ptiuꝝ
cui prodest.Et insuper debent ipsi rationatores illis cõmissa celeriter expedire.alias offiõ renunciare.

6 ¶ Compura q̃ defferũtur in lungũ a ꝓuerbio reprobãtur.hoc ideo sup illis ꝓuisum est ꝓut in libro refor.an
ni.1458.fol.7.hmõi tenoris.Itẽ statutũ fuit & ordinatũ q̃ oẽs & singule ꝑsone agere hãtes in loco & sup fini
bus clausim q̃ agere habuerũt in cõi debeãt & teneãtur cõputasse de oibus & quibuscũq; que agere habuerũt
in cõi quolibet anno p totũ mẽsem Ianuarii illius anni q̃ si in ꝓtrariũ fecerint dicte eoꝝ rõnes quas in dicto
cõi habuerint ab ipso termino ultra non audiãtur.Et si in ꝓmissis negligentes seu morosi fuerint:seu eorum
culpa hoc peruenerit.perdant id quod agere habebunt in cõi & non amplius audiantur.

7 ¶ Fraudari posset cõitas in cõputis suis faciliter nisi rationatores & scriba aduertant ad quos spectat.ppea hic
hĩ mẽtio eiusdẽ fraudis:ut in libro.refor.anni.1466.fol.5ᵒ.ſtat 6.sub his uerbis.Itẽ q̃ si repiatur aliq̃ ꝑsona
seu aliquis qui uel que ex eius mala ꝓscientia hanc cõitatẽ clausim aliqualiter fraudauerit seu in futurũ fraudã
rit alias robauerit uel robaret in aliquibus negotiis cõputi uel alĩ quoquomodo sit usq; ad sũmam de.ff.10.
& ultra ipso iure & eo fcõ sit cassus & expulsus a tota ꝑgregatiõe credẽte.Et si q̃ ꝓtra hãc intentionẽ & formã
quicq̃ tentare seu infringere uoluerint & ꝓmpserint incontinẽti penã.10.ducato.incurrãt Illo.d.d.nostro ꝑpli
candã pro quolibet.Et nihilominus dicta q̃titate dictoꝝ ducatoꝝ.10.& ultra dicte cõitati quisq; restituat sub
pena antedicta.Et q̃ sit exclusus in ꝓpetua credentia predicta.Cui statuto addit tũ fuit anno.1469.ꝓut in di
cto quaterno paruo ſtatut.36.hmõi tenoris.Item ordinatum fuit q̃ capitulum quo cauetur q̃ si quis defrau

dauerit

dauerit cõitatem ultra ualorem.10.ff.sit ipso iure priuatus a consilio & credentia huius loci perpetuis tpibus
sic inuiolabilr obseruetur:addendo q̃ si quis usurpauerit uel usurpet aliq̃d q̃ esset cõitatis uel intrauenit pcel
las q̃ nõ sunt intrandeuel q̃ fuerint uel nõ erunt clare.teneatur ipse qui usurpauerit uel usurpabituel qui sibi
intrari fec fecerit uel faciet restituere duplũ cõitati ꝓmisse ipso iure & sine alia declaratiõe iudicis.& hoc ultra
penã iuris.Et rationatores qui similes parcellas intrauerint uel intrabũt teneãtur ẽt ad duplũ ipsi cõitati.Ad
hoc ut bona cõitatis bene regantur.Et si quis praticauerit seu aliqualiter locutus fuerit de ipsum restituendo.
uel de ipsum nõ puniendo incurrat penã libraꝝ.10.applicandaꝝ pro duabus ptibus fisco & pro tertia cõitati.

¶ Et insuper ad maiorem instructionem pro dictis computis fiendis recurri potest ad ꝓhemium libri ratio 8
num dicte cõitatis cepti sub anno.1500.i capitulo qualiter in ipsis computis & rationibus factis ꝓcessum fue
rit ut in omnibus fiendis similiter procedant.

¶ Modo de his que spectant ad scribã dictaꝝ rõnũ uidere oportet.& sunt q̃ primo debet publicare sindico 9
ea pro quibus cõputũ est reddendũ & ꝑquos ut ualeat facere instantiã debitã.Item debet interesse in oibus eis
dem cõputis.Et si ordinata nõ exhibẽtur ea reformare:ꝓut melius sibi uidetur ut adinuicez ꝓcordent.Item
debet penes se retinere oia cõputa que fiunt ac oẽs scripturas q̃ ꝓcedunt ad cãm ipsoꝝ cõputoꝝ ut conseruẽ
tur penes cõitatem:ut diximus:sed ẽt ne ipsis scripturis iterum habitis fieret iterata solutio super eadem scri
ptura ex interuallo tpis prima solutione oblita:ꝓut uidimus alias ultra sũmã de.ff.500.igitur cuꝰ oia cõputa
eiusdẽ anni sunt reddita.ponat eadẽ cũ scripturis traditis ꝓut ꝓueniunt simul & ordinate in una filza libri in
quo describẽda sunt modo seruato in tribus iam p nos factis annoꝝ.21.& debite custudiãtur penes cõitatez.

¶ Circa uero modũ scribendi in libro dicta cõputa per rationes oportunas habet idem scriba oĩmodam in 10
structionem per nos edita in ꝓhemiis dicti libri rõnũ.cepti sub anno.1500.& alterius inchoati sub ãno.1514.
ad q̃ põt recurri.sed quia multi non pcipiũt ordinẽ & sensum dictaꝝ rõnũ.ut ꝓ innotescat q̃ oia amplectun
tur & clare nõnulla de ipsis rõnibus memoranda uidentur.sed preponenda sunt duo que requiruntur de ne
cessitate ad hoc q̃ premissa computa & rõnes sufficiant ad preseruandã cõitatem illesam.primũ q̃ fiat integra
ratio de oibus debitis cõitati.secundum q̃ nihil soluatur uel compensetur nisi sit conuersum in utilitatẽ cõi
tatis.& si aliquid remitti seu quittari contingat in hoc ꝓcedat debita cognitio ut ualidum fit.propterea ratio
nes debitoꝝ cõitatis in octo species diuiduntur.& creditorum in quattuor.prout de singula patet in sequen
tibus.Prima debitorũ species est thesaurariozꝝ:quia regulariter promittunt exigere oẽs intratas cõ.tatis.igi
tur in eorum ratione prius ordinarie continentur.inde extraordinarie.iuxta id quod ab eis receptũ aut reci
piendũ q̃uolibet repitur.Secunda est eoꝝ qui recipiũt aliquas pecunias aut alias res ab eodẽ thesaurario ad
mãdatũ cõitatis nõdum ꝓuersas in cõmodũ ipsius ut pro aliqua re fienda q̃ cõputãtur in credito thesaurarii.
& ex eo fit debitor recipiens ut inde cõputũ reddat.Tertia est aliozꝝ quibus cõitas aliquid extraordinariũ re
mittit distribuendũ q̃ non attinxit manus thesaurarii:aut alterius in cõitut si accipit pecunias mutuo quas re
mittere solet ꝑsulibus qui modo thesaurarii tenẽtur ad cõputum.Q uarta est aliquoꝝ que ꝓcedunt ẽt extra
ordinarie & dantur in solutũ:ut campanea glarea:& hmõi pro qbus recipiẽs similiter fiendus est debitor &
creditor:ut appareat de cã ipsius dationis.Quinta est taleaꝝ & aliaꝝ ipositionũ uniuersaliũ ad es & librã.ꝑ
quibus ipse tales sunt fiende debitrices ut de oibus que exigi pñt appareat.& de cã ipositionis quia in debito
ipsarũ narratur onus cõitatis ad quãtum fuerunt imposite terrigenis & forensibus.& que sit taxa miserabiliũ
Item sũma amborũ regioꝝ.Et sic habetur liquide tota sũma eoꝝ que exigi possunt rõne cuiuslibet talee.Po
stea describũtur in credito ipsarũ rationũ noia & cognomina exactorũ cũ sumis per singulos debitis.Itaq; tã
tum habetur ab ipsis exactoribus q̃tum debetur ex talea.Sexta est eorũdẽmet exactoꝝ qui postea fiunt debi
tores particulariter.& prout successiue continentur in credito talee.Septima est aliozꝝ qui deputantur ad re
cipiendũ pecunias exigendas ab ipsis exactoribus ut pro ducali subsidio uel aliter exponãtur.q̃ similiter de
receptis computũ reddere tenentur.Octaua est principaliũ debitorum pro eisdem taleis qui remittũtur q̃q;
cõitati pro non exactis & acceptãtur exigendi ꝑea fiunt debitores.Species uero creditoꝝ sunt hec.Pria so
lutoꝝ uel compẽsatoꝝ his qui erant creditores cõitatis:aut in pretio alicuius rei empte ad opus eiusdẽ quo
rum sunt fere oĩa.& ab his nulla alia dependet ratio:ut plñ.Secũda est de pecuniis q̃ soluũtur alicui non cre
ditori.sed qui tenetur ad computum pro qbus alie rõnes sunt fiende:ut ꝑtur.Et sic pro aliis iam memora
tis qui pro debitoribꝰ remittũtur.Tertia est eoꝝ pro quibus nihil hĩ ut pro restauro circa intratas & circa ta
leas pro duplicationibus/inopia debitoꝝ/erroribus registri/& hmõi.& de aliis etiam nulla fit mentio alibi.
Q uarta est aliquoꝝ mutuatiũ pecuniarũ:aut aliud cõitati.pro qbus fit recipiens debitor ex credito mutuatis:ut
supius est relatũ nisi id ꝓcedẽte credito recepisset.nec pñt dicte rõnes alĩ q̃ tali ordie fieri:alias incipte reddẽtur

¶ Preterea oẽ q̃ describuntur in libris ꝓmissis rationũ debet per alias scripturas uerificari.hoc ideo in debi 11
tis cõitati designãtur obligatiões & uẽditiões.Et silr in creditis:scripture pp qs solutiões/cõpẽsatiões/deductio
nes & quitationes sunt cõputate.& caueat scriba aliq̃d in libris apponere q̃ manu aliena.aut saltẽ ex alio actu
ꝓbari nõ ualeat.ex quo inter põtes q̃plura uti notissima admittũtur.inde iter posteros dubia ꝓut uidimus &
ꝑtur.Et qm̃ multe rõnes exiſtũt depẽdẽtes ab aliis:ut supra.ac similiter parcelle.hoc ideo ubi oportet aliis
relationibus oportunis adinuicẽ utitur qñq; de libro ad librũ.sed ut plñ de folio ad foliũ.Et sic dispersa faci
lissime uniuntur.prout de oibus premissis & aliis expedientiꝰ us seruatum constat per nos.in factura trium

libroꝝ dictaꝝ rõnũ pro annis. 21. supius memoratis. Et licet ꝓmissa his modis reddãtur clarissima. tñ multoꝝ ignorãtie uenit ẽt occurrendũ: qui sepius huore ducti clamitant rẽpub. ledi in ipsis ratiõibus. affectantq; easdẽ intelligere nec ualent. ꝓpterea ipsis & aliis si qui sint rõnes ꝓmissas lecturi memoraumus ad easdẽ rationes intelligendas: ut prio recurrant ad rõnem thesaurarii & in ea uideant an sit scñ cõputũ de oĩbus reddi tibus. put supra in eoꝝ capitulo & locatõ bus ꝓtinetur. Item & de oĩbus aliis extraordiariis tam ex ipsa rõne q̃ sequtibus iuxta q̃ liber reformationũ & cetera si q̃ erũt edocebũt. Item q̃ principales rõnes taleaꝝ inquirãt ex quo in illis fit mentio de oĩbus his q̃ exigi pñt. Et sic discussa ratiõe debitoꝝ cõtati. postea uideãt qualiter exposita: aut adhuc debita sint: & si dubitent in aliquo accedãt ad ꝓmissam filzam: & alibi ad scriptura relatã & inuenient quod optabũt. iuxta effectũ statuti supius primo relati. in hoc cap. de rõnibus disponẽte.

¶ De bãnis campestribus. & qui pro illis expediant exigendis. Capitulum. 4.

